Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Ad illud uero quod coram deo est peruenire non potuit quia illud solus pater
agnouit. Sed forsitan dicas persuasio tua quantum requirit hominem uel
securum me autem necesse est cottidie persecutorem seculi formidare
qui in me dedecus proximi sui optat ulcisci. Si ergo tale aliquid pertimes
cis. ecce sex refugii ciuitates. quas si placet ingredere ac si for
te presciencia peccatorum illas quas intra terram promissionis habet interdicta
inire non audeas. est bosor citra iordanem in solitudine que inter
pretatur angustia. id est cellula monasterii parua et modica et op
portune tibi conuenit. quia de sorte ruben est. et ipse thorum patris sui
maculauit illicite. Est et ramoth de sorte gaad que interpretatur
excelsa mors. uel uisio mortis. Vere enim excelsa mors penitten
dicenda est tia est. cum mortificatis membris deducat hominem ad excelsa
celorum unde fuerat ante dilapsus. Siue iuxta istam humi
lem mortem que generaliter omni carni imminet illa ad compa
rationem eius rationabiliter excelsa nominatur quia multum nobilius
est per penitentiam mori quam eminus hac morte dissolui. Si autem
uisionem mortis sentire uelimus ita potest intelligi. quia cum simus
in penitentia constituti et ante oculos nobis ponimus gehenne
infernique tormenta. uidemus ipsam speciem mortis de qua penitentie
beneficio liberemur. tantum ut memineris te in ancille filii ci
uitate penitentiam agere quia omnis qui peccat seruus est peccati
et formam serui accipiens humilies te ipsum usque ad mortem. Est
gaulon in finibus manasse que interpretatur uolutacio ut cum memi
neris te in cilicio et cinere tibi uolutandum et hoc in
finibus manasse que interpretatur obliuio obliuiscens ea que ante
gessisti in priora te extendas. Hic ergo inhabita ut per angustias
mortem et uolutacionem et iram persecutoris euadas. et spem salutis
inuenias. Tu deinde in his si aliquid utiliter egeris. et iam ad cades